provinc. | Brittanniae, leg. pr. pr. imp. Caes. Nervae | Traiani Aug. Germanici Dacici[2] | [*pr*]ovinc. Moesiae inferior., curatori | [*via*]e Traianae et[3] leg. Aug. pr. pr. provinc. | [*Iudaeae e*]t leg. X Fret., leg. pr. pr. prov. Lyciae | [*et Pamphyl*]iae, leg. leg. V Macedonic. | [*bello Dacico, donis militari*]bus donato | . . . . a | . . . .

Prope Tarracinam rep., est Romae (X 6321 vidit Henzen). — 1) *Scr.* Vibullio. — 2) *Expectaveris* divi Traiani. — 3) et *interpositum contra usum.*

1036 Q. Roscio Sex. f. Qui. Coelio Po[*m*|*p*]eio Falconi decemviro stli[*tibu*]s iudicandis, trib. mil. leg. X F[*ret.*, | *q*]uaestori, trib. pleb., pr. inter civ[*es* | *et*] peregrinos, leg. Aug. leg. V Maced., | [*le*]g. Aug. pr. pr. provin. Lyciae et Pam|[*ph*]yliae, leg. Aug. leg. X Fret. et leg. pr. pr. | [*pr*]ovinciae Iudaeae consularis[1], | XVviro sacris faciundis, curator. | viae Traianae, leg. Aug. pr. pr. prov. | Moes. inf. *Πομπέιον Φάλκονα* | *Αὖλος Λαβέριος Καμερῖνος καὶ* | *Λαβέριος Καμερῖνος υἱὸς αὐτοῦ* | *ἑκατοντάρχης λεγ. ε' Μακεδονικῆς,* | *τὸν ἴδιον φίλον καὶ εὐεργέτην, ἐκ τοῦ* | *ἰδίου, τειμῆς ἕνεκεν.*

In Cilicia ad rivum Pyramum loco dicto Budrum, ubi fuit Hierapolis Castabala (Hicks Journal of hell. studies 1890 p. 253). — 1) *Merus error videtur quadratarii scribendis Latinis titulis vix adsueti; debuit esse omnino* cos.

Q. Pompeius Falco (sic plerumque appellatur) amicus fuit Plinii iunioris (Plin. ep. 1, 23. 4, 27. 7, 22. 9, 15) et imp. Antonini (Fronto ad Marc. 2, 11) cf. Mommsen ind. Plin. p. 422. Nomina Roscii Coelii sumpsisse videtur a M. Roscio Coelio, qui fuit legatus legionis vicesimae a. 69 (Tac. hist. 1, 60) et consul suffectus a. 81 (act. Arv.), nomina Iulii Euryclis Herclani a C. Iulio Eurycle Herclano, ad quem hominem ex nobili stirpe Spartana oriundum, pertinent tituli Lebas 2, 245 b, C. I. Gr. 1306, Vibullii Pii nomina communia habuit cum consule anni 137 (infra N. 1063). Titulus N. 1035 honores Falconis recenset ordine solito id est inverso, N. 1036 ordine recto. Tribunus plebis (cf. Plin. ep. 1, 23) fuit Falco a. 97 vel paullo post, legatus Iudaeae (quo spectare videtur epistula Plinii 7, 22) circa a. 107, si recte Mommsenus (Herm. vol. 3 p. 36. 51) statuit de tempore epistularum Plinianarum; legatum Moesiae inferioris fuisse eum a. 116 exeunte vel a. 117 apparet ex titulo Tomitano III S. 7537. Titulum uxoris habes N. 1037, titulos filii infra N. 1104. 1106.

1037 Sossiae Póllae[1] Pompeius | Falcó procós. Asiae | sanctissimae uxori.

In insula Samo (III S. 7163 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Uxor eius qui praecedit, filia Q. Sossii Senecionis consulis a. 99 et 107 (cf. infra N. 1105).*

1038 . . nio[1] L. f. Stel. | Gallo Vecilio | Crispino Mansuanio | Marcellino Numisio | [*S*]abino leg. Aug. pro pr. | provinciar. Galatiae Pisid. [*P*]aphlagoniae, sodali Fla|viali, procos. prov. Sard., | leg. legionum I Italicae et | [*I*]I Traianae Fortis[2], praef. frum. | dandi, curatori viar. Clodiae | Cassiae Anniae Ciminiae Tra|ianae novae, praetori, trib. pl., | quaestori provinc. Ponti et | [*B*]ithyniae, leg. Asiae, IIIvir. capital., | [*trib.*] milit. leg. XXI Rapacis.[3]

Antiochiae in Pisidia (III S. 6813 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Gentilicium videtur fuisse Nonius aut Annius.* — 2) *Legio secunda Traiana fortis non multum*

archive.org